Tormina dum miſeri ſcribis nocturna leproſi
In multam noctem Te vigilaſſe doces.
Neve doloris enim Tibi fax ſed calcar honoris
Pervigil ut ducas tempora cauſa fuit
Gratulor hinc meritum Daphnea frondis honorem,
Meſſe typo meſſi conveniente Tuæ.
Det Deus in ſano ſanam Tibi corpore mentem,
Ut multis iterum poſſis utrumque dare.
A Te nam prudens fortunæ cætera ſumes,
Sumere quæ doctus vir ſapiensque ſolet.
Hinc ſperant multi multumque levaminis ægri
Inque Tuas laudes arca lata patet.

Hiſce paucis Prænobiliſſimo, Clariſſimo æque ac Doctiſſimo Domino Doctorando, Patrueli ſuo perdilectiſſimo, ex intimo cordis adfectu gratulatur

FRIDERICUS JUSTUS FRANCK,
Scholæ Michaelit. Collaborator & Rev. Min. Candidatus.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id372121616/48
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG